



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 28. Scipionis Elcci Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. inhibuit. Ita sensim in Parilini Sen-  
A. C. 1670. tus arbitrio erit Pontificiæ Constitutioni  
 obtemperare vel non, ac demum quic-  
 quid hic præscripserit id Orbi Galliarum  
 lex erit, Episcopis quondam amare de-  
 ploraturis, quod iterato ad Laicæ  
 Tribunal recursu eidem suam auctori-  
 tatem in ipsos Episcopos, resque sa-  
 cras extendendi obtentum dederint.

## §. XXVIII.

*Scipionis Elcci Cardinalis obitus*

*Eggs supp.  
 Purp. doct.  
 p. 591.*

Sede adhuc vacante hoc anno die do-  
 decima Aprilis Romæ decessit Scipio  
 ex Comitibus Elcciis, Patritius Sa-  
 nensis. Erat ei ex primævo nativæ  
 beneficio acutum ingenium, rara me-  
 moriæ felicitas, & ingenuæ mentis  
 candor: quapropter ad quævis mun-  
 digne obeunda aptus censebatur. Ad-  
 huc Juvenis utriusque, ut vocant, Sa-  
 gnaturæ Referendarius, Firmanus Pro-  
 tor, ac postea Pientinus Episcopus  
 ac demum Pisanus Archipræsul nomi-  
 nabatur. Rexerat hanc Ecclesiam per  
 viginti duos annos summa vigilantia  
 ac prudentiæ, pietatisque laude. Eg-  
 rat quoque Sedis Apostolicæ Legatus  
 ad Rempublicam Venetam, & Fere-  
 nandum III. Cæsarem, a quo tanti ha-  
 bitus, ut ad ejus preces Romanæ  
 Purp.



Purpuram in meriti præmium assequeretur: Dimissa Archiepiscopali Ecclesia Legatus Apostolicus Provinciam Æmiliæ summa integritate administrabat, qua tamen legatione postmodum solutus, in variis Patrum cætibus sua Ecclesiæ obsequia cum magno proventu usque ad obitum suum impendit.

Sæc. XVII.  
A. C. 1670.

§. XXIX.

*Francisci Nerlii Cardinalis decessus.*

Alter erat Franciscus Nerlius patria Florentinus, qui postquam in celebrioribus Italiæ Academiis sacrationes scientias vix non exhauserat, Romæ velut doctrinæ simul & pietatis prodigium celebrabatur, ac gravissimis negotiis adhibitus, miram ubique solertiam, ac singularem in rebus agendis, civilibusque causis decidendis prudentiam dexteritatemque exhibuit. Ideo ab Innocentio X. inter Referendarios cooptatus, aliisque officiis admotus, primo Pistoriensis Episcopus, postea Florentinus Archiepiscopus nominatus est, ac per plures annos Alexandro VII. a secretioribus epistolis fuit, tandem a Clemente IX. Purpura decoratus. Verum fatōrum invidia non nisi unico anno hac dignitate potitus, subito Lithiasis morbo correptus, die sexta

*Eggs Purp.  
Doct. p. 501.*